

„SIXTUS PP. III.“



Morbéo 23 (54)

Dilecte fili salutem & apostolicam benedictionem. Ex literis quas Nobilitas tua die .xv. prius mensis ad nos scripsit, perspeximus: quantum dolueris propter meam ualitudinem: quantum desideres, pristinae nos reddi sanitati: Gratiissima quidem nobis est, haec animi tui affectio: tametsi nullo amoris erga nos tui, indigemus testimonio: quoniam benignitatem & deuotionem tuam in nos, semper cognouimus: Nos dei beneficio, ad incolumitatem sumus redacti: quod scimus tibi magnae consolationi futurum: et ideo libuit nobis id tibi significare: Quod et ex Oratoribus tuis, quos grato animo & uidemus et audimus, poteris intelligere: Oblationes autem tuas, eo optimo quo facis animo, suscipimus: Sciasque uersa uice, nos ad omnia, pro tua Nobilitate, quantum fieri deceat, esse promptissimos. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die ultima Julij, M. cccc. lxxxi. Pontificatus nostri

Decimo:~

I. Grifus



Carlo  
Combes di  
Sesto IV

1481.31 luglio Malattia del Santo Spirito

Dilecto filio nobili viro Johi Galeaz-  
Mariefortis vicecomiti Duci Medi-  
olani.

1481.31 luglio

Morbio 23 (54)

